

Z a
308





FK 92, 23

Z a
308

71

AD
VIRUM
ILLUSTREM atque EXCELLEN-
TISSIMUM
DOMINUM
JOAN. ÆGIDIUM
ALEMANNUM

Actum Summum,
Dynastam Schmiedebergæ,
Potentissimo & Serenissimo REGI Polonia-
rum & Saxonum Electori Principi
A Consiliis intimis & Pro-Dire-
ctorem rerum metallicarum,
cum natalis diei solennia

d. 24. Jul. MDCCX.

agitaret,

EPISTOLA GRATULA-
TORIA
obsequientissimi clientis
M. Abrahami Gottlob Böttigeri, Dresd.

90.





VIR ILLUSTRIS
ATQVE
EXCELLENTISSIME.



Vanquam aditum ad TE fatis muniat & adrepentibus in gratiam TUAM Ipatefaciat humanitas Tanto Mecœnate dignissima, numerisque absoluta omnibus: habituro tamen receptum ad benignitatem TUAM varendum erat, ne genere hoc scribendi levi & non satis digno Summi Viri persona putidiusculus sim, TIBIQUE senio ac dividiæ. Alexandro, qui rerum gestarum gloria se aliosque quam longissime superavit, Magnique nomen sibi peperit, ea fuit mens ac sententia, ut non nisi a præstantissimis quibusque artificibus æmula naturæ arte, ab Apelle quippe pingi & a Lyfippo fingi voluerit. Augustus famæ maxime curiosus argumentum fieri ludicrarum exercitationum nolebat, componi quicquam de se, nisi & serio & à præstantissimis indignatus: unde prætores admonebat, ne paterentur nomen suum obsole fieri commissionibus, quas publicas *δέξεις*, *ἀποδείξεις* & *ἀγῶνας*, privatas vero *συγκρίσεις* explicuit Casaubonus. At enim vero fervant animi magni & supra communem hominum sortem elati solemane illud suum ut æqui bonique faciant tenuissimas mentis in venerationem compositæ significationes, DEUM imitati, qui exiguum tus puris oblatum manibus, parvosque primitiarum manipulos non aspernatur. Idem ille, quem dixi, Octavius Cæsar non mediocre animo

ca-

capiebat voluptatem, cum Puteolanum sinum prætervehentem vecto-
 res nautæque Alexandrini candidis induti vestibus corinisque redimi-
 ti & tus libantes faustis prosequerentur omnibus exoniisque laudibus
 extollerent. Sed non tantum pietas Reipubl. Telamonibus, destinis
 ac incumbis debita has literas oculis TUIS, VIR EXCELL. offert,
 sed & domesticus quidam veluti nexus; quandoquidem WILCKIA-
 NA DOMUS, cui immixtus innexusque es, quamque meritis ornas
 maximis, in horum quoque beneficiorum partem me alumnum su-
 um nullo meo merito admittit. Nec satis illud est: verum etiam pa-
 læstram quandam virtutum omnium hæc domus præfert, ubi MA-
 TRONA ORNATISSIMA, WILDVOGELIA pietate & sanctitate,
 WILCKIUS Summe Venerandus fervente pro gloria DEL animo,
 eruditione altissima, candore integerrimo magnum imitari volenti-
 bus circumferunt exemplar. Solemnes autem panegyres, pompas,
 festivitates magnorum virorum natalibus debitas cum festo hoc, quod
 TE communi bono olim in lucem edidit, instituere TIBI, sive tem-
 porum ratio, sive modestia TUA non ferat, non patiat, non sinat;
 bonis tamen omnibus non minus fausti ominis & gratus dies est quam
 Romanis Augustalia. Tot enim ac tantorum in patriam hanc TU-
 AM nostramque prostat meritorum cumulus, qui indies egregiis au-
 getur accessionibus, ut ne enarrandis quidem, ne dicam exornandis
 illis aut Isocratis torrens, aut Tullii flumen sufficiat. Cumque be-
 nefacta benefactis aliis pertegas (quod Plautus jubet ne perpluant)
 certe apud gratos posuisse beneficia videri potes, cum ingenti cer-
 tamine haut dubie diem, quam principem vitam habuisti, agitaturi om-
 nes essent, non minus quam Equites Rom. sponte ac consensu, bi-
 duo natalem Augusti. Quamquam & omne ornamentorum genus eo
 magis merebare, quo plura virtutis ornamenta in TE sunt, & veluti
 lumina elucent reliquis inductura caliginem. Ut enim taceam re-
 liquarum virtutum laudibus majorum meis agmen, quibus ad invidi-
 am excellis; imo, supra invidiam elatus es, adeo admirabiliter magni-
 ficæque TE extollit, ut neminem quicquam magis. Non enim βρα-
 λειον aliquem Δία, quem in nummis exhibuere, aut Consum, Consilii
 prætidem, cui Consualia celebrabant, in consilium deliberaturus adhi-
 bes, sed eum, cui quicquid est purioris sublimiorisque sapientiæ debe-
 tur. Quod si Hercules sapientis viri instar habitus, Atilius objuræ civi-
 lis peritiam, Cato ob incredibilem rerum multarum usum, Lælius ali-
 is de causis sapiens vocatus est: meliori istud nomen jure TU TIBI,
 VIR SUMME, vindicas, cui non ut Ulyssi Homericæ Minerva, sed ve-
 ra eaque divina sapientia comes hæret indivulsa. Hinc mirum non
 est, si TUA TE virtus PRINCIPIISQUE AUGUSTISSIMI amor in emi-
 nentissimum perduxit fastigium, famæque ita assignavit, ut Ulpianus,

Pau-

Paulos, Florentinos, Africanos, Martianos, qui Severo in deliciis, quin & Antipatrum & Nestora, Philippi & Agamemnonis amores æquasse aut vicissè videaris. Illic vero uberrima seges est laudandi fortunatus TUAS, & latissimus gratulationibus in numerum procedentibus campus sese aperit, præsertim cum dies qui & vivendi TIBI initium & gaudendi nobis atrulit, felici auspicio illuxerit. Pro salute eorum quos amabant, aras ponebant antiqui: Liceat & mihi mentem meam nexu & mancipio TUAM, VIR ILLUSTRIS, veluti aram dedicare, ita ut æterno Numini pro salute ALEMANNI supplicem, totus invenerationem TANTI PATRONI conversus. Ex voto singulis annis pro Augusti salute omnes ordines stipem seu nummum in lacum Curtii, sive septum potius, quod loco illi circumdatum, conjiciebant: at mihi potior cura precum est, quibus DEUM O. M. summum vitæ arbitrum & salutis diribitorem propitiem. Fortuna, quæ suffragante res maximas consecutus es, quin imo divina mens atque providentia, cui totum TE substravisti semper & mancipasti, res TIBI undiquaque salvas præster & supra votum fluentes, prosperitatemque valetudinis labefactatam nuper, sed immortalis Numinis beneficio restitutam in posterum sartam testam ferret! Ea quæ salubriter destinata, potentior fati vis ita provehat, ut consulas omnibus, ut medeare temporibus, provideas salutem, ut TE parentem clientum & dici & haberi velis. Sic nulla vitæ dies TIBI, exemplo Titi, abibit perdita & deplorata; Sic alter Josephus REGIS ac Patriæ commodis, ut hæcenus litabis; sic felicitas TUA nullis calamitatum confiniis contaminabitur; Sic Famae TUÆ quam diutissime supervives, ac nulla unquam de TUIS laudibus ætas conticefcet! Vale, VIR EXCELLENTISSIME, iterumque vale

Scribebam Misenæ d. 23. Julii M. D. CC. X.



Pan. La 308, IV

ULB Halle 3
004 394 720



56






FK 92, 23

Z a
308

71



AD
VIRUM
REM atqve EXCELLEN-
TISSIMUM
DOMINUM
N. ÆGIDIUM
EMANNUM
ctum Summum,
stam Schmiedebergæ,
& Serenissimo REGI Polonia-
Saxonum Electori Principi
is intimis & Pro-Dire-
em rerum metallicarum,
um natalis diei solennia
24. Jul. MDCC X.
agitaret,
COLA GRATULA-
TORIA

obsequientissimi clientis
M. Abrahami Gottlob Böttigeri, Dresd.

90.

